



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam  
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem  
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum  
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de  
Lugduni, M.DC.LXXX.**

1. Diuinæ prouidentiae species omnes ex obiectis, & actibus recensentur.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

quæ per scientiam, quæ cæcitas, & ignorantia medi-  
orum formaliter depellitur, formalissime præstatur: ergo  
neutra in obliquo sed utraque in recto prouidentiam ex  
parte rei obiectæ essentialiter constituit. Secunda hæc  
ratio totum secundæ sententiæ (in solo actu volitionis,  
siue electionis mediolorum prouidentiam statuens, fun-  
damentum eneruat. Est enim electio illa, sicut quicquid  
alius voluntatis actus, scientiam obiecti prosequendi  
necessariò requirit, & tamen essentialiter non consti-  
tuatur in recto, sed tantum præsupponat, & connotet  
in obliquo, tanquam necessarium quid ex parte obiecti,  
ut eius prosecuturum actum voluntas eliciat; at verò  
actus ipse voluntatis nullatenus scientia obiecti, vel in-  
tellectus est, sed solius voluntatis ea scientia sollicitatus,  
& oriundus. Prouidentia verò, est, quæ parte electio-  
nem mediolorum continet, scientiam solum præsupponat,  
& connotet; quæ vero sapiens formaliter, & pruden-  
s non autem ignara, & cæca est formam ipsam scienti-  
æ mediolorum essentialiter claudit.

6. Dixi nihil aliud prouidentiam essentialiter constituere  
præter mediolorum, seu agendorum ad finem rei cui  
per ipsam prouidetur scientiam, & electionem: quia de-  
creueram de re cui prouidetur toti prouidentiam præcedit,  
eiusque executio, ut dicam, d. 3. quæ prima certam. 2.  
Nil item vltius ut probatum est certam. 2. 3. & 4. quibus  
intellectuale omne imperium, siue imperatiui, siue  
indicatiui modi, quod electione posterius à nonnullis  
ad prouidentiam inducebatur ab ea exterminauimus, sed  
neque prius: quia his prior sola intentio finis est: ex  
qua de mediis, & agendis ad eius consecutionem prouidetur:  
quare non magis ad prouidentiam essentialiter constitutionem  
vocari potest, quam causa quævis ad constitutionem sui effectus.  
Denique exclusiuam hanc cæ-  
terorum omnium conclusionis nostræ partem expressè  
docuit Augustin. cap. 17. de dono perseverantiæ reci-  
tatus numero secundo explicandum hic videbatur, quod  
scientiæ genus directiuum electionis mediolorum, & cu-  
ius conditionis mediolorum, tam scientia dirigens, quam  
electio directa esse debeant, ut prouidentiam consti-  
tuant; aut prouidentiam vniuersim sumptæ nullam scienti-  
æ genus, & conditio specialius, siue ipsius, siue me-  
diolorum eligendorum assignari potest, quæ in aliqua prouidentie  
specie non deficiat: quare, cum species prouidentie  
recensamus, & explicemus, sua cuique scientia  
electionis mediolorum, & agendorum directiua eiusque,  
& electionis materia, seu obiectum opportunius assigna-  
buntur.



## QVÆSTIO II.

### De Prouidentie in suas species diuisione, & earum ex- plicatione.

¶ Vm scientia directiua electionis mediolorum, seu  
agendorum ad præstitutum rei prouise finem ob-  
tinendum, & horum electione essentialiter prouidentiam  
constituerimus, sit plane ex scientiæ, & electionis, atque  
obieciorum vtriusque diuersitate diuidi in suas species  
prouidentiam posse: ea autem distinctione, & diuisione  
loquimur, quam actus scientiæ, & voluntatis, qui vni-  
uersim Deo physice sunt, patiuntur, iuxta dicta tom. 1. de  
Deo vno, & hæc 2. controuersis de scientiæ, & voluntate  
Dei.

## CERTAMEN I.

### Diuina Prouidentia species omnes ex obiectis, & actibus re- censentur.

1. **E**X obiectis, & subiectis, quibus prouidentia  
mitur prouidentie diuine diuisio. Cum enim à  
subiectis, quibus prouidetur, & mediis, per quæ prouidetur,  
quædam causæ naturales, & necessitate in ope-  
rando sint, & media item, per quæ ipsis prouidentia  
sint etiam effectus necessarii, prouidentia de necessitate  
& obiectiue, siue ex parte obiecti necessaria erit: ex  
parte verò subiecti libera, ut hæc determinata, & per  
hæc determinata media est; tametsi per hæc, vel alia  
quibus prouideri posset ac de facto prouideretur, non  
ab alio quam à Deo prouideretur iuxta dicta tom. 1.  
scilicet. 1. maxime quæstion. 4. Hanc subiectiuam diuinæ  
prouidentie necessitatem conditionatam non absolutam  
esse inde satis constat: quod semel producta quævis in  
primo instanti è supremo suo in creatura omnia dominio  
Deus pro secundo instanti, subtractione sola concutitur,  
destruere, & annihilare (ut scholastici loquuntur) pro  
suo libito potest: quibus sublati prouidentia de ipsi  
esse non possent. Sed neque vlla fuisset adhuc pro instanti  
primo quo fuissent: cum rei nullius prima productio  
prouidentia respectu ipsius sit: ut docuimus ex Pa-  
tribus S. Thoma, & ratione quæst. 1. certam. 1. num. 4.

2. Sin autem subiecta, & media, atque agenda ad  
præstituti finis consecutionem libera in actu primo, &  
indifferentis potestatis ad vtrumque sunt libera, ac non  
naturalem obiectiue, siue ex parte obiecti cui prouidetur,  
& mediolorum, atque agendorum per quæ prouidetur  
prouidentiam esse certam omnibus est: cum nihil  
aliud sit liberam obiectiue, siue ex parte obiecti prouidetur  
deitatem esse quam esse liberam & subiectam & obiecti.  
Cum circa quæ versatur: quare diuina prouidentia merito  
in naturalem, & liberam, sumpta alterutrum diuina  
minutione è subiectis & obiectis cuiusque primo diui-  
ditur. Est autem aduertendum præstare, & ut notet  
Deus creaturis, siue naturalia entia, siue libera sunt,  
prouidetur, Dei prouidentiam erga alterutra admodum  
sumptam à prouidentia erga altera admodum sumptam  
secundum se totam minime differre. Siquidem, & media  
eligit ac inter se libera, ut de suis effectibus ad finem  
afsecutionem agentibus naturalibus prouidetur: ut libe-  
ra manus nostræ ignis applicatione ad combustibile, ut  
calorem inducat, illudque igne faciat: & libero Angelo-  
rum bonorum, seu malorum ministerio ad certorum  
naturalium extraordinarium consilium ad plures be-  
neficias, vel ad terribiles inde necessariò ortas tempe-  
states, quod si hæc ad multos exercendos ac reducen-  
dos peccatores ordinantur: iam media hæc natu-  
ralium, ac necessariorum effectuum liberis agentibus, ad  
finis ipsius præstituti afsecutionem in eorum prouidentia  
mifcentur.

3. Rursus prouidentia, ex parte etiam obiecti diui-  
ditur in naturalem, & supernaturalem, quod si de na-  
turalitate, & supernaturalitate quoad substantiam lo-  
quamus diuisio hæc, non prouidentie vniuersim sum-  
ptæ diuisio est, sed alterius membri diuisionis primæ,  
nempe prouidentie liberæ subdiuisio: in qua dubio prouidetur  
media, & plura agenda supernaturalia, quo ad sub-  
stantiam, ad finis supernaturalis beatitudinis æternæ  
consecutionem intercedunt: ut fidei, spei, & charitatis  
habitus & actus: gratiæ insuper, formaliter transi-  
eantis, gratumque Deo operantem constituentes, cuius-  
que honesta opera quævis ad condignitatem meriti tri-  
que æternæ eleuantis, habitus. Consulto inter media  
quoad substantiam supernaturalia, non memoro gratiæ  
auxilia, quæ ad salutis nostræ negotium frequentius in-  
tercedunt.

tercedunt, atque ad honestum vndeque, & bonum opus morale quodvis requiruntur: quia, an ad eiusmodi bonum opus, quod gratia habitu accedente meritorium de condigno augenti gratia, non autem ea gratia adstante, de congruo solum, & eodem modo vitæ æternæ: ad quam congruitate quadam mediâte conducatur, an- samque porrigat Dei bonitati auxilium gratiæ supernaturale, quoad substantiam necessario intercedat: quia hæc de re grauißima, (si quæ alia in Theologia) lis inter Valquistas, & Soaristas est multa accurata eruditione, & d. a. nobis dirimenda tom. 1. de ente supernaturali (Theologiæ nostræ §.) controu. 2. an ad quodvis bonum opus morale, quouis modo, & gradu ad vitam æternam conducentis gratia Dei per Christum, etiam quoad substantiam, supernaturalis requiratur, nec talis quoad modum tantum sufficiat: libera vero prudentia naturalis ea erit quæ ad naturale quidpiam ab agente libero, & liberè obtinendum de mediis, & agendis prouideat: eaque ad actus indifferentes, nec salutis æternæ noxios, nec proficuos, qui à plerisque in nobis magna probabilitate admittuntur, subferret.

4. Quod si de prouidentia naturalis, & supernaturalis quoad modum tantum diuisione loquamur: tam prouidentia naturalis, quæ libera subdivisio esse potest. Cum enim supernaturalitas mediorum, ac rerum quoad modum tantum in eo stet, vt quauis res, aut medium eligendum, & apponendum intra virtutem actuum, & exactum causarum naturalium sit, ac prouidentia neque naturæ totius actiuitatem, & exigentiam superet, & excedat: tamen hic & nunc, vt naturalis fluxu, & cursu causæ pergunt, aut peregrant, nec medium, aut res illa ab eis fieret, neque exigeretur, nisi Dei oblique naturalium rerum exigentia, & pro libertate solum suo, causarum indebita coniunctio, ex qua medium illud apponeretur, reque vel effectus absolute prouideret disponeretur: vel abique ea coniunctio, & confluxu causarum, hic, & nunc indebito, vel se solo Deus causæ absentes concurrere supplens, medium vel rem ad finem intentum absolute eligeret, & apponeret. id quod, cum tam respectu causarum, & effectuum naturalium, quam liberorum possit Deus pro suo arbitrio, dominio, & potestate præstare ex finis cuique earum præfixi intentione, vt cum, vel naturalis: vel libera causa assequatur: fit sane: vt supernaturalis quoad modum tantum prouidentia, tam in naturali, seu necessaria obiectiue, quam in libera ex parte obiecti habeat locum. Vtraque verò prouidentia quoad modum solum ex parte obiecti naturalis, & supernaturalis aliter nominari vulgò solet: nempe prouidentia ordinaria: quia de lege ordinaria naturæ, & causarum naturalium exigentia, & quasi iuri diuina prouidentia stat: cum autem ius & exigentiam hic & nunc naturæ, & causarum naturalium in mediis disponendis & apponendis non attendit, sed negligit, atque ordinaria illa naturæ lege solutus operatur rebusque prouidet: est prouidentia extraordinaria se gerit: sic Altioris inopinatas pluuias grandines, cælique, & aëris tempestates, terræ motus, monstra, ac portentosa disponit ac producit.

5. Ex parte verò prouidentia ipsius obiectiue, siue ex parte obiecti, libera, quoad intrinsecum sui, ac Dei ipsius alia diuisio, & diuersitas est: est siquidem prouidentia vna, quæ media erit de se indifferentia, tamen ab extrinseco efficacia ad finis intenti consecutionem agenti libero prouidet (siue naturalis, siue supernaturalis, quoad modum, & substantiam prouidentia sit) vt patet in prouidentia, qua prædestinatis prouidet de mediis ad vitæ æternæ consecutionem. Est item alia prouidentia, quæ de apsis, & sufficientibus quidem mediis ad finis consecutionem non autem efficacibus agentibus liberis à Deo prouidetur: vt patet in mediis, de quibus Deus non prædestinatis prouidet ad finis gloriæ consecutionem, quam ipsis serio vult absolute, atque desiderat, vt vidimus tom. hæc in prouidentia libera supernaturali, siue quoad substantiam, siue quoad modum, sint posita, vtraque tamen prouidentia de mediis efficacibus, & suffi-

Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tomus II.

cientibus purè naturalibus ad purè naturalem finem consequendum: quare, & prouidentia purè naturalis in vtramque diuisio habet locum, vt patet. Dixi hanc diuisionem secundum intrinsecam prouidentiam, Deoque ipsi, fieri mente nostra rectè posset. Nam prouidentia de efficacibus tantum mediis essentia sua scientiam mediam directiuam electionis ipsorum claudit: quæ autem de sufficientibus solum mediis est, medium conditionatorum contingentium scientiam non includit, vt certamine 2. vniuersum, & speciatim de prædestinatione controuersia 7. & de reprobatione controuersia 8. ostendamus. De actu etiam electionis, & voluntatis mediorum efficacium vni prouisorum, solumque sufficientium alteri, viderur in prouidentia de alterutro intrinseca, & prouidentia & Deo ipsi diuersitas, vt amplior gratia, & beneficium collatum vni præ altero suadet: maximè, si ad finalem iustitiam in postremotentionis conflictu consentandam, vel penitentiam adquirendam, ea collatorum mediorum diuersitas sit. Verum ea diuersitas speciem affectiue electionis mediorum erga vtrumque non variat, sed solum intra speciem eandem probat esse erga vnum quam erga alterum, affectiue, & dilectiue maiorem: quare & quasi accidentariam alterius ab altera prouidentia, non autem specificam diuersitatem.

6. Maior lis Theologis nonnullis de præfatis prouidentia diuisionibus aliunde consideratis, an generis in species sint: affirmasse videtur Sancti Thomæ in 1. d. 49. quæstione 1. articulo 2. vbi Durand. quæst. etiam 1. num. 6. Capreol. quæst. vnica, articulo 1. conclusio- ne 2. & communiter interpretes, in 1. part. quæstio. 22. consentiunt. Marfilus in 1. d. 41. articulo 1. Camerarius Dialog. Cathol. cap. 1. §. 4. Soarez 1. de prædesti- cap. 18. Herize cit. d. 22. cap. 7. num. 66. Negat verò Valsquez 1. part. d. 371 cap. 5. num. 23. & Magister meus Didacus Daza citato manuscripto de prouidentia in quæst. logicæ quam Theologicæ disputationi aptiore, censet de re non posse Theologos decernere: si enim scientia, & volitionis diuinæ actus secundum intrinse- cum accipiantur indiuisus actus scientiæ obiectorum, & vnius physicæ, ac metaphysicæ etiam intellectus est: quod ipsum de actu voluntatis diuinæ suis propriis controu. & locis ostendimus: quo solum sensu negantes Doctores loquuntur, neque affirmantes contradicunt. Cæterum, cum iam vñs Theologorum obtinuerit, vt pro diuersitate status obiectorum (similè & obiecti eisdem) Dei scientia, quasi specificè, diuidatur apud omnes in scientiam necessariam, seu simplicis intelligentiæ & scientiam visionis, seu liberam de absolute nimirum existentibus rebus pro sua duratione etiam absolute liberis: nostraque schola societatis speciem aliam scientiæ inter vtramque mediæ, re à præfatis traditam Patri- bus, & Theologis propria scientiæ mediæ, seu conditionate nomenclatura docuerit, alitè fundauerit, atque luculenter explicauerit, pro statu futurorum contingentium conditionatorum, à duobus possibilitatis, & absolute libertatis, & futuritionis diuerso, fit sane primo: prouidentiam, quæ scientiam conditionatam contingentis ad electionem mediorum directiuam essentia sua claudit, & quasi specifica differentia, ab alia quæ illam essentia sua non claudit differre: fit inde secundo: vt ex obiectorum, & mediorum seu agendorum entita- tia, vel morali diuersitate eodem modo, & scientiam, & electionem: ac subinde prouidentiam, quasi in species minores, simili Theologica loquendi facultate subdividere possimus. Nec de his plura.